Reverendo in Christo patri ac domino,
Domino Nicolao Episcopo Numburgensi &
domino ac patrono suo summo.

S. Rediens domum cum peregre aliquot paucos dies abf-
issem, Reverende pater, Reverendus item pater, ac
preceptor noster Chariss: D. D. doctor Mart: Luth:
tuae humanitatis literas mihi obtulit, quibus tua
praestantia mihi iuvenem commendat, quem D. doctor
suo nomine suscepit. Verum quia alioqui magnam
habet familiam, dixi hodie D. doctori, me eum in
meas aedes recepturum, dum ei commode per me prospici
possit. Mea enim opera nulli per te commendato,
unquam deerit. Hodierno die adhuc D. Doctor promisit
se missurum tuam humanitatem, cui ego me si
fieri poterit comitem adiungam. Quod hactenus
tuae Excellentiae iam per annum ferme nihil scripsi,
nescio quo pudore aut qua negligentia factum sit.
Quod si tibi gratae sunt literae meae, ne deerunt deinceps
officia. De Doctore Iona quod scribis, id verum est.
Haec enim eius sunt verba ad me ante. 8. dies scripta:
Quod ad me attinet de secundis meis nuptiis exciderunt
in mediocrem rumorem ne satis honoros sermones,
haud scio quo studio generandi, sed nihil festino ad se-
cundas nuptias &c. Haec sunt potius fatentis, quam ne-
gantis verba. Sed scio eum iterum, et iam acta ac
transacta omnia de secunda Uxore. D. Doctor mediocriter
valet. Mitto hic D. Philippi scripta ad [illegible].
Bene vale Reverende pater. Wittembergae 4. Calen:
Junij 1545

T. E. dedi: Georg: Maior.

Praeclarissimo Viro Dno Nicolao ab Amsdorff
Episcopo Numburgensi Syncero et fideli Sanctoque
suo in Dno Maiori venerando.

G. et P. Accepi literas tuas Vir in Dno venerabilis,
nescio per quem. Ideo eo potui respondere. Quod scribis
tibi esse os oblitum per verba, Et virum Magdeburgae
mansissem, eo quod maior maiestatis pompa te peni-
tus volueris. Ego omnia tibi quam facillime credo,
ut qui tuum ingenium perspectissimum habeam, quam sit
alienum et abhorrens ab istis aulicis seu secularibus
pompis, similiter affectum quieti et tranquillitati. Atque
hoc ipsum erat quo et ego movebar, ne facile probarem